



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Svmma, Sive Avrea Armilla Bartholomæi Fvmi Placentini,
ordinis Prædicatorum, ac hæreticæ prauitatis Inquisitoris**

Fumo, Bartolomeo

Antverpiae, 1570

Religiosvs Locvs.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30427

RELIGIOSVS LOCVS.

Religiosus locus dicitur domus, monasterium, templum, hospitale, & quęcunq; alia loca auctoritate Papę vel episcopi ad pios vsus edificata. ca. de xenodochijs. de relig. domib. Secus quando sine tali auctoritate à principio sunt edificata, vel ex pōstfacto. canon. nemo. de conse. d. 1. quod est contra leges, quę volunt, q. vbiunq; aliquis tumulatur, locus ille fiat religiosus, quod verum nō est: per text. cap. fin. de sepultu. Vide ibi Panorm. quę loca religiosa ad humanos vsus redire non possunt. per c. ad hęc. de relig. do. & c. nulli. 12. q. 2. Et quando dubium est an sit cōstitutus auctoritate Episcopi, recurrendum est ad coniecturas: secundum Lud. de Ro. Si habet circumstantias loci prophane, est profanus, quamuis celebrationi & orationi esset deputatus. Sil. ver. loca. q. 3.

RELIQVIA.

RELIQVIAE, & corpora sanctorū non debent exponi venialia, quod fit, dum vel accipitur pretiū verē, & tunc est simonia. c. qui studet. 1. q. 1. nō enim sacra, & religiosa sunt in dominio alicuius, vel quando passim causa quęstus, vt habeantur large oblationes, ostenduntur, hoc est enim quędam larga venditio: secundū Pan. cap. 2. cod. tit. Secus si hoc principaliter fiat ex deuotione. Nam præcipitur prælatis, ne permittant accedentes deuotionis causa decipi figmentis. ibi in eodem. c. 2.

² Nō licet aliquem pro sancto venari. neq; ad eum publicē preces emittere, & huiusmodi, etiam si miracula fecisset, sine licentia Papę. capit. ex eo. de reliq. & ven. sanct. secus in secreto: quia licet. supra. Colere, vel Canonizatio. §. 1. Et si fuerint sanctorum reliquię subtrahantur, vt etiam honorabilius reponantur, sacrilegium est. ca. quisquis. 17. q. 4.

³ Nō possunt transferri sine auctoritate Papę, vel Episcopi, vel synodochi. cap. corpora. de conse. d. 1. Intelligitur quando sunt data sepulturę perpe-

tue. Secus si essent deposita, vel adesset aliqua necessitas. Quomodo non possunt concidi, supra, Excommunicatio. §. 8.

⁴ Nō est illicitum reliquias sanctas portare super se cum reuerentia, & sine aliqua superstitione: secundum Th. secunda secundę q. 96. sicut & euangelium: licet quidam contrarium teneant, & male, quia hoc non est prohibitum: quia c. corpora. de conse. d. 1. loquitur nō de reliquijs, sed de corporibus, quorum proprię sunt sepulchra.

RENVNTIATIO.

RENVNTIATIO officij, pastoralis ex his causis fieri potest, quę ponitur in c. nisi eū pridem. de renū. videlicet ex cōscientia criminis officij pastoralis impediētis, ex debilitate, vel infirmitate, vel senectute, ex quibus impotens redditur: ex defectu sciētiz, quando saltem non est cōpotens propter malitiam plebis, quando ex ouibus conuertuntur in lupos, propter graue scandalū, quod aliter sedari non potest, propter irregularitatem ipsius pastoris: non tamen propter omnem debet ei dari licentia. Ex his renuntiatio debet peti, & concedi, vt de meliori provideatur.

² RENVNTIATIO in beneficijs pure, & absolutē debet fieri. c. ex parte. el. 1. de offi. de leg. ita quod renūtians alicui beneficio, vel rei spirituali, vel resignans aliquod spirituale aliquo dato vel promisso, simoniam cōmittit: sec. Gofr. & alios: q. si hoc tantū mente intendit, sine actu exteriori, mentalis simonia est, quam nōn punit ecclesia, sed Deus cordium inspector.

³ RENVNTIANS beneficio, vt detur alteri, siue nepoti, siue non, sine aliquo pacto, sed sola intentione, nō committit simoniam, quia renūtiare, vt detur alteri, ideo simonia est: quia prohibitū iure positiuo, non autem prohibitum ex se, ideo nō debet deduci in pactum, vt alteri detur. cap. quān pio. 1. q. 1. Si tamen quis haberet voluntatē deducendi hoc in pactum, mortaliter peccaret mentali simonia. Similiter est simo-